Ierusalem, concilietur cum narratione (IV. Reg. c. 24, v. 6) ubi legimus, hunc regem *dormivisse cum patribus suis;* aut cum verbis (II. Paralip. c. 36, v. 6), ubi narratur, eundem *vinctum catenis ductum fuisse Babylonem.* Quomodo tam diversae narrationes inter se concilientur? *pag.* 254

Quaestio 6. Quomodo Ieremias (c. 22, v. 30) Iechoniam virum sterilem appellare potuerit his verbis: *Scribe virum istum sterilem;* cum tamen Esdras (lib. I. Paral. c. 3, v. 17 et 18) octo filios Iechoniae recenseat. » *ibi*

Quaestio 7. Quomodo explicetur illud (Ierem. c. 27, v. 27) *Omnes gentes servient Nabuchodonosori, et filio eius, et filio filii eius,* cum tamen Nabuchodonosoris filio, id est, Balthasari, nullus huius filius, sed (Dan. c. 5, v. 31) Darius medus successerit. » 255

Quaestio 8. An Ieremias fuerit proditor patriae suae, et Hierosolymam in potestatem assyriorum tradiderit. » *ibi*

Quaestio 9. Quomodo vaticinium illud (Ierem. c. 34, v. 3) de rege Sedecia prolatum: *comprehensione capieris... et oculi tui oculos regis Babylonis videbunt... et Babylonem introibis,* concilietur cum vaticinio Ezechiel. (c. 12, v. 13), ubi de rege Sedecia dicitur: *Et adducam eum in Babylonem in terram Chaldaeorum: et ipsam non videbit, ibique morietur.* Si enim Sedecias adductus est in Babylonem, viditque regem Babylonis, quomodo terram chaldaeorum potuit non videre? » 258

Quaestio 10. Quomodo illud vaticinium (Ierem. c. 36, v. 30): *Non erit ex eo* (i. e. ex Ioakim rege) *qui sedeat super solium David,* cum *illo effato* (IV. Reg. c. 24, v. 5 et 6): *Dormivit Ioakim cum patribus suis, et regnavit Ioachin filius eius pro eo,* concordet. » *ibi*

Quaestio 11. An Ieremias cum Baruch (Ierem. c. 43, v. 5-8) iudaeos, illos, qui contra prohibitionem Domini (Ierem. c. 42, v. 18) ex Iudaea in Aegyptum secesserant, licite comitatus sit. » 259

Quaestio 12. Cur (Ierem. c. 46, v. 16) loco Nabuchodonosoris vox *columba* ponatur: *Revertamur... a facie gladii columbae,* i. e. gladii Nabuchodonosoris et chaldaeorum; cum tamen nulla sit mitis columbae similitudo cum tam formidando rege et gente. *pag.* 259

Quaestio 13. Cur (Ierem. c. 51, v. 36) de Babylone dicatur: *Desertum faciam mare eius, et siccabo venam eius;* cum tamen urbs Babylon non mari, sed Euphrati adiacuerit; a mari vero longe fuerit dissita. » *ibi*

Quaestio 14. An praefatio in Threnos, seu lamentationes Ieremiae canonica sit. » 260

Quaestio 15. An liber Baruch libris canonicis s. Scripturae merito accenseatur. » 261

Caput III. *De Ezechiele.* » *ibi*

Quaestio 1. Quomodo illud (Ezech. c. 1, v. 14): *Animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis,* cum illo (Ezech. c. 1, v. 9 et 17): *Non revertebantur, cum incederent,* conciliandum sit. » 262

Quaestio 2. An dom. de Voltaire ex illo loco (Ezech. c. 3, v. 1-4), ubi propheta librum devorare iussus, sensit illum *in ore sicut mel dulcem,* merito captaverit occasionem prophetas tanquam amentes traducendi. » 263

Quaestio 3. Quid sentiendum de Voltairio, qui narrationem (Ezech. c. 4, v. 4-9) de situ recubantis Ezechielis prophetae de ridiculo habet. » 264

Quaestio 4. An credibile sit, quod Deus (Ezech. c. 4, v. 12 et 15) Ezechieli praeceperit, ut ex stercore humano, aut bovino panem conficiat et comedat. » 266

Quaestio 5. Quomodo illud (Ezech. c. 18, v. 20): *Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii,* conciliari possit cum illo (Deut. 5, v. 9) ubi *Deus aemulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem* dicitur. » 267

Quaestio 6. An his verbis (Ezech. c. 20, v. 25): *Ergo et ego dedi eis praecepta non bona, etc.,* sanctitas legis mosaicae in dubium vocetur, prout Tindalius et Voltairius ad hunc locum animadvertunt. » 268

Quaestio 7. Quomodo propheta Ezechiel (c. 23) sub parabola duarum meretricum describens fornicationem, i. e. idololatriam tam Samariae, quam Ierusalem a criminatione Voltairii vindicandus sit. *p.* 268

Caput IV. *De Daniele.* » 270

Quaestio 1. Quomodo confutanda assertio Porphyrii, Spinozae, aliorumque incredulorum contendentium prophetiam Danielis de quatuor monarchiis sibi succedentibus (Dan. c. 2) primum confictam esse tempore intermedio, quod ab Antiocho usque ad Iesum Christum effluxit. » 271

Quaestio 2. An Nabuchodonosor (Dan. c. 4) vere in bovem mutatus sit. » 272

Quaestio 3. An lepide sonet, dum (Dan. c. 4, v. 5) rex Nabuchodonosor Danielem vocat *collegam* suum. » 278

Quaestio 4. Quomodo Nabuchodonosor (Dan. c. 4, v. 27) se iactare potuerit tanquam Babylonis fundatorem, dicens: *Nonne haec est Babylon civitas magna quam ego aedificavi?* cum tamen notum sit Nemrodum Babylonem molitum esse. » 279

Quaestio 5. Quomodo (Dan. c. 6, v. 16-24) dici possit, Danielem una duntaxat nocte in lacu leonum fuisse; cum tamen (Dan. c. 14, v. 39) legatur usque ad *diem septimum* ibi fuisse. » *ibi*

Quaestio 6. Quomodo Daniel (c. 8, v. 2) dicere potuerit: *Cum essem in Susis castro;* cum tamen Susae in historia etiam profana describantur tanquam urbs magna, et metropolis susianae regionis. » *ibi*

Quaestio 7. An ex LXX hebdomadis Danielis (Dan. c. 9, v. 22, etc.) contra iudaeos invicte demonstrari possit, quod Messias iam venerit. 2. An per *abominationem desolationis* loc. cit. intelligenda sit desolatio iudaeorum sub Antiocho Epiphane, vel desolatio universalis in fine mundi. » *ibi*

Quaestio 8. Quomodo Danieli anno tertio Cyri (Dan. c. 10, v. 1) aliquid revelari potuerit: *Anno tertio Cyri regis persarum verbum revelatum est Danieli;* cum tamen primo iam anno eiusdem regis Daniel obierit, iuxta illud (Dan. c. 1, v. 21): *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis.* Quomodo ista combinantur? » 284

Quaestio 9. An additamenta Danielis habeant auctoritatem canonicam. » 285

Quaestio 10. An historia Susannae ab aliquo graeco homine sit conficta, ob idiotismos graecos in illa historia contentos. *pag.* 288

Quaestio 11. An verisimile sit, quod Ioakim maritus Susannae in captivitate babylonica adeo dives et conspicuus fuerit ut amplas aedes habuerit, uti (Dan. c. 13) dicitur. 2. Aut quod rex Babylonis captivis iudaeis permiserit erigere tribunal, et iudicium sanguinis in Susannam exercere. » 289

Quaestio 12. Quomodo illud Scripturae effatum (Dan. c. 13, v. 45): *Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel,* cum illo senum dicto ad Danielem (Dan. c. 13, v. 50): *Tibi Deus dedit honorem senectutis,* concordet. » 290

Quaestio 13. An verisimile sit, prophetam Habacuc (Dan. c. 14, v. 35-39) *capillo capitis sui portatum fuisse ab angelo Domini* ex Iudaea in Babylonem ad afferendum prandium Danieli in lacu leonum detento. » *ibi*

Quaestio 14. An Habacuc ferens prandium Danieli in lacu leonum detento, fuerit idem cum Habacuc uno e duodecim minoribus prophetis. » 291

SECTIO III.

De XII prophetis minoribus.

Caput I. *De Osea.* » 292

Quaestio 1. An Spinoza prophetiam Oseae in nostris bibliis extantem iure censeat esse mutilam et mancam; cum hic propheta per tot annos prophetando haud dubie plura ediderit vaticinia, quam quae in nostris bibliis extant. » *ibi*

Quaestio 2. An mandatum Dei Oseae datum (cap. 1, v. 2): *Sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum,* sit verisimile, aut Deo dignum. » *ibi*

Quaestio 3. An increduli merito negent, Oseam his verbis (cap. 11, v. 1): *Ex Aegypto vocavi filium meum,* de reditu Christi pueri ex Aegypto vaticinatum esse. » 294

Quaestio 4. An ex illis verbis (Oseae c. 14, v. 1): *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit suum Deum; in gladio pereant, parvuli eorum elidantur, et foetae eius scindantur,* scriptor de *Spiritu*

iudaismi recte concludat, Oseam a daemone inspiratum haec scripsisse. *pag.* 295

Caput II. *De Ioële.* » 296

Quaestio 1. Quomodo illud Ioëlis, iudaeos ad poenitentiam adhortantis (Ioël. c. 2, v. 14 : *Quis scit si* (Deus) *convertatur et ignoscat?* concordet cum verbis Ezechielis (Ezech. c. 18, v. 21): *Si impius egerit poenitentiam... vita vivet et non morietur,* ubi venia vere poenitentibus non dubitanter, sed absolute promittitur. » *ibi*

Quaestio 2. Quid sentiendum de interpretatione, qua auctor libri Horus dicti cap. 2 Ioëlis a versu 28, usque ad finem eiusdem capitis exponit. » 297

Quaestio 3. An vallis Iosaphat (Ioël. c. 3, v. 2 et 12) sit certus et determinatus aliquis locus, vel tantum significet locum iudicii a Domino instituendi, quicumque demum ille erit. » 298

Quaestio 4. Utrum in valle Iosaphat, quae adiacet monti Oliveti prope Ierusalem, futurum sit extremum iudicium. » 300

Quaestio 5. An verisimile sit, quod dicta vallis Iosaphat multitudinem omnium hominum iudicandorum capere possit. » 302

Caput III. *De Amos.* » 304

Quaestio 1. Quomodo explicetur illud (Amos c. 5, v. 25): *Nunquid hostias et sacrificium obtulistis in deserto quadraginta annis, domus Israël?* h. e. non obtulistis; cum tamen negari non possit, in deserto ab israëlitis Domino oblata fuisse sacrificia. » 305

Quaestio 2. Quomodo Amos (c. 7, v. 14) salva veritate dicere potuerit: *Non sum propheta*; cum mox vers. 15 addat: *Dominus dixit ad me*: *Vade propheta ad populum.* An non esse prophetam, et tamen prophetare ad populum, nullam contradictionem involvit? » 306

Quaestio 3. Quid de expositione verborum prophetae Amos (cap. 9, v. 11) quam auctor libri Horus dicti affert, sentiendum sit. » *ibi*

Caput IV. *De Abdia.* » 307

Quaestio unica. Quid Abdias (v. 20) his verbis: *Et transmigratio Ierusalem quae in Bosphoro est possidebit civitates Austri*, significare voluerit. Qualis sit ille Bosphorus. Ubi illae civitates Austri. » *ibi*

Caput V. *De Iona.* *pag.* 308

Quaestio 1. Quomodo illud (Ion. c. 1, v. 3): *Et surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis a facie Domini,* intelligendum sit, cum Ionas tanquam propheta utique sciverit Deum esse ubique, adeoque neminem a facie Domini fugere posse. » *ibi*

Quaestio 2. Qualis fuerit ille *piscis* tam *grandis* (Ion. c. 2, v. 1 et 11), *ut Ionam deglutiret*, ac postea *evomeret in aridam.* 2. An verisimile sit, quod piscis tam grandis adeo litori appropinquaverit, ut hominem in aridam evomere potuerit. » 309

Quaestio 3. An verisimile sit, quod ceti venter calidissimus Ionam instar aliorum ciborum non consumpserit. 2. Quod respirationem et aëris frigidi attractionem eidem permiserit. 3. Quod nidore et foetore suo olidissimo eum non exanimarit. 4. Quod non vitae tantum, sed et mentis compotem reliquerit, ita ut is in hoc incommodissimo carcere insigne et pium Deo carmen (Ion. c. 2-11) cecinerit. » 312

Quaestio 4. Cur ad evitandas modo recensitas difficultates non dicatur, Ionam in ventre ceti mortuum, sed post triduum denuo ad vitam resuscitatum fuisse. » 313

Quaestio 5. An verisimile sit, quod gentilis rex ninivitarum, et moribus corruptissimus ad adventum Ionae hominis exteri, peregrini et alienae religionis, statim se cum toto populo (vide Ion. c. 3) ad poenitentiam converterit. » *ibi*

Quaestio 6. Quomodo veritas illius prophetiae (Ion. c. 3, v. 4): *Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur*, salva consistere valeat, etsi Deus (ibid. v. 10) eidem civitati pepercerit. » 314

Quaestio 7. Quomodo conservatio urbis Ninive ob ninivitarum poenitentiam a Deo indulta, concordet cum prophetia Tobiae morientis, interitum Ninive (Tob. c. 14, v. 13) absolute praedicentis. » *ibi*

Caput VI. *De Michaea.* » 315

Quaestio 1. An Michaeas (cap. 2, v. 11) dicens: *Utinam non essem vir habens spiritum, et mendacium potius loquerer*, dignum propheta dictum protulerit. » *ibi*

Quaestio 2. Quomodo Michaeas, Ieremias, Amos, etc., solvendam decem tribuum captivitatem praenuntiare potuerint, cum tamen nullibi legamus, decem tribus in suas sedes amplius restitutas fuisse. *pag.* 315

Quaestio 3. Quomodo illud (Mich. c. 5, v. 2): *Tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Iuda*, concordet cum effato sacerdotum et scribarum hunc Michaeae locum (Matth. c. 2, v. 6) his verbis: *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda*, citantium. » 316

Caput VII. *De Nahum.* » 317

Quaestio 1. Quid (Nahum c. 1, v. 1) in his verbis: *Onus Ninive*; *Liber visionis Nahum Elcesaei*, voce *onus* significetur. » *ibi*

Quaestio 2. Quale sit illud diluvium, quo propheta Nahum (cap. 1, v. 8) dicens: *Et in diluvio praetereunte consummationem faciet loci eius*, urbem Ninivem devastandam praedixit. » 318

Caput VIII. *De Habacuc.* » *ibi*

Quaestio 1. Quomodo intelligendum illud (Habacuc c. 3, v. 3): *Deus ab Austro veniet et Sanctus de monte Pharan.* Quando, aut quomodo Deus venit ab Austro, aut de monte Pharan? » *ibi*

Quaestio 2. Quomodo angelus prophetam Habacuc, prout in lib. Danielis narratur, capillis capitis apprehensum potuerit transferre ad Danielem in lacu leonum detentum. » 319

Quaestio 3. An illa prophetae Habacuc (c. 3, v. 17) comminatio: *Ficus non florebit, etc.* sit ridicula: quia ficus arbor non floret, i. e. nullos flores instar aliarum plantarum, sed tantum fructus ipsos seu ficos profert. » *ibi*

Caput IX. *De Sophonia.* » 320

Quaestio unica. Quid Sophonias significare velit his verbis (c. 2, v. 5): *Vae qui habitatis funiculum maris gens perditorum.* Quis est iste funiculus maris? Quaenam illa *gens perditorum* fuit? » 321

Caput X. *De Aggaeo.* » *ibi*

Quaestio 1. Quomodo Aggaeus (c. 2, v. 7) dicere potuerit: *Adhuc modicum est, et veniet desideratus cunctis gentibus*; cum tamen a 2 anno Darii Hystaspis, quo haec prophetia facta est, usque ad Christi adventum fluxerint anni plusquam quingenti. » 322

Quaestio 2. An ex Aggaei vaticinio (cap. 2, v. 7, 8 et 10) de brevi venturo desiderato cunctis gentibus, solide contra iudaeos ostendi possit, Messiam iam venisse. *pag.* 322

Caput XI. *De Zacharia.* » 323

Quaestio 1. Quo sensu Zacharias (c. 12, v. 2) praedixerit: *Sed et Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.* Quomodo, aut qua occasione tribus Iuda Hierosolymam obsedit? » 324

Quaestio 2. Quid sentiendum de expositionibus, quibus auctor libri Horus dicti quaedam vaticinia Zachariae exponit. » *ibi*

Caput XII. *De Malachia.* » 325

Quaestio 1. Quomodo Malachias in tempore praesenti dicere potuerit (c. 1, v. 11): *In omni loco sacrificatur nomini meo oblatio munda*, i. e. ut catholici volunt, sacrificium missae; cum hoc non nisi post quadringentos et plures annos post hanc prophetiam a Christo in ultima coena institutum fuerit. » *ibi*

Quaestio 2. An ex citato loco Malachiae (cap. 1, v. 11) contra iudaeos et acatholicos efficaciter probari possit, quod in novo T. detur verum ac proprium sacrificium. » 326

Quaestio 3. An ex illis verbis (Malach. c. 4, v. 5 et 6): *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, etc.* solide probetur, quod Elias, qui (IV. Reg. c. 2, v. 11) *ascendit per turbinem in coelum*, ante diem extremi iudicii venturus sit. » *ibi*

SECTIO IV.

De duobus libris Machabaeorum.

Caput I. *De libro I. Machabaeorum* » 330

Quaestio 1. An duo primi Machabaeorum libri ab ecclesia catholica in canonem divinorum librorum merito admissi sint. » *ibi*

Quaestio 2. Quomodo (I. Mach. c. 1, v. 1) dici possit, quod Alexander Philippi Macedo... primus regnaverit in Graecia; cum tamen ante ipsum, eiusque patrem Philippum multi principes et reges in Graecia regnaverint. » *ibi*

Quaestio 3. Quomodo (I. Mach. c. 1, v. 1) Alexander M., qui erat natione graecus, dici possit *egressus de terra Cethim*, quae iuxta n. 24, v. 24, est Italia. » *ibi*

Quaestio 4. Quo sensu (I. Mach. c. 1, v. 7) dici possit, quod Alexan-

der M. in ultimo morbo ministris suis regiis regnum diviserit, cum adhuc viveret; cum tamen contrarium testentur Q. Curtius, et alii affirmantes, ministros regios primum post Alexandri mortem regnum inter se partitos fuisse. *pag.* 330
Quaestio 5. Quomodo Antiochus Epiphanes (I. Mach. c. 1, v. 57) potuerit in templo *aedificare idolum desolationis*, quod iuxta prophetiam Danielis (Dan. c. 9, v. 27) primum in fine mundi in templo ponetur, ut Christus (Matth. c. 24, v. 15) declaravit. » 331
Quaestio 6. Quomodo liber I. Mach. cum libro 2, et hic secum ipso conciliandus sit in narratione mortis Antiochi Epiphanis. » *Ibi*
Quaestio 7. An id, quod (I. Mach. c. 6, v. 37) de elephante in exercitu Antiochi Eupatoris narratur, verisimile sit. » 333
Quaestio 8. Quomodo auctor libri I. Mach. dicere potuerit (I. Mach. c. 8, v. 16) romanos *committere uni homini magistratum suum per singulos annos*; cum tamen omnibus notum sit duos quotannis Romae consules fuisse creatos. » 334
Quaestio 9. Quomodo auctor libri I. Mach. (c. 8, v. 7) dicere potuerit, Antiochum M. a romanis *vivum captum* esse; cum nemo profanorum historicorum huius captivitatis meminerit. » *ibi*
Quaestio 10. Quomodo romani (I. Mach. c. 8, v. 8) regionem indorum et medorum potuerint regi Pergamorum Eumeni dono dare, cum tamen romani neque Mediae, neque Indiae imperitaverint. » 335
Quaestio 11. Quomodo auctor lib. I. Mach. (c. 8, v. 9) dicere potuerit, ab iis, qui sunt circa Helladam, i. e. ab achaeis bellum adversus romanos susceptum esse; cum tamen achaei nusquam in omni historia legantur romanis bellum indixisse. *pag.* 335
Quaestio 12. Quomodo ostendi possit antilogias chronologicas in duobus libris Machab. occurrentes non esse reales, sed solum apparentes. » 336
Caput II. *De libro II. Machabaeorum.* » 337
Quaestio 1. Quomodo iudaei habitantes Hierosolymis iudaeis in Aegypto commorantibus (II. Mach. c. 1, v. 9) scribere potuerint: *Et nunc frequentate dies scenopegiae mensis casleu*; cum tamen dies scenopegiae ex praecepto divino non mense nono casleu, sed mense septimo tisri dicto celebrandi fuerint. » *ibi*
Quaestio 2. Quomodo Ieremias (II. Machab. c. 2, v. 5) tabernaculum, arcam, et altare incensi in monte abscondere potuerit tempore, quo urbs Ierusalem a Nabuchodonosore obsessa fuit. » *ibi*
Quaestio 3. Quomodo verisimile reddi possit, quod Deus per continuos 40 dies publica prodigia (II. Mach. c. 5, v. 2 et 3) enarrata ediderit. » 338
Quaestio 4. An in facto Eleazari (I. Mach. c. 6, v. 43-47) et in facto Raziae (II. Mach. c. 14, v. 42) aliquid peccaminosi approbetur. » 339
Quaestio 5. An exemplo Raziae (II. Mach. c. 14, v. 41 et 42) furor mortalium sibi ipsis violentas manus inferentium, se tueri possit. » 341
Quaestio 6. Quomodo θεοπνευστία, seu inspiratio divina auctoris lib. II. Mach. cum dictis ibidem cap. ult. v. 27, 39 et 40 conciliari possit. » 342

---

ex delegat. D. D. Vic. Gen. Capit.

Ghiringhello.

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.

BT1101
V4
v.2 44582

AUTOR

VEITH, Laurentio.

TITULO

Scriptura sacra contra incredulos